

4914 KU

Reg. num. 1000000000000000  
Rég. n° 1000000000000000  
(304-1611)

36585  
074

ORIGO  
ROSARII  
CHRISTI  
DOMINI NOSTRI

Cum Indulgentijs, à Summis  
Pontificibus, & specialiter à San-  
ctissimo Domino nostro

CLEMENTE X.

Idem orantibus concessis.

Præmittitur Synopsis Vitæ

B. MICHAELIS,  
Eremitæ Camaldolensis.

Rosarij hujus Inventoris,  
Et  
Sequitur

Modus illud recitandi, & vitam JESU  
Christi in illius recitatione contem-  
plandi.

TYR NAVIÆ,  
Typis Academicis, per Joannem An-  
dreas Hötmann.

Regi nyomtatványok, Martin  
(304.15.1)

B 6585

## Pio Lectori.

**P**oste aquam devotionis meæ Causâ paucis ab hinc septimanis, Eremum R. P. Camaldolensium, in Ameno Colle propè Urbem Viennensem sitam visitâsem: Ibiq; Asceterium eorundem Curiosus perlustrâsem. Inter reliqua interrogavi, an libellus aliquis impressus extet, de Origine, Privilegijs, ac Indulgencij Sacri Rosarij Camaldolensis, Christi Domini dicti? Germanicus inventus est, mihi iticò per humaniter presentatus. Ut autem tanto Thesauro plures Fideles participes reddantur, curavi Libellum in Latinum verti, ac pro Utilitate pia rum Animarum Typis mandari. Uttere igitur hac sacrâ devotione pie Lector, ad maiorem Christi Domini Gloriam, & Felix vale. Tyrnaviae ex Residentia mea Die 30. Julij, Anno 1694.

S. O. A. S. M. de Bela, E. M. S.  
L. & C. S. C. Rque M. T. I. A.

Sy.

Regi nyomatveinjok, Martin  
(304.15.1)

-33 (3) 33-



Synopsis Vitæ  
**B. MICHAELIS,**  
Eremitæ Camaldolensis,  
Inventoris  
Rosarij Christi Domini.

**M**ostquām S. Romualdus, Fundator S. Ordinis Camaldolensium, ultra centum cænobia erexisset, & multa juxta Regulas S. Benedicti reformasset, nec non Eremum Sanctis viris ita implevisset, ut totus mundus ejus exemplaris vitæ actionibus renovatus videretur (uti B. Petrus Damianus, qui ejus vitam concinnavit, de illo ait: *Tali modo hominum animos suos exemplō, & doctrinā commovit, ut appareret, totum mundum ejus vestigia secuturum*) quintum, supra centesimum ætatis suæ annum numerans, ductu divini Spiritus am: 1012 ad Alpes Apennienses in Arezana Diæcesi sitas abiisse, ibi

A 2

ibique inter densissimas utrinque sylvas in amoenissimo campo, non absimilis Sanctissimo Patriarchæ Jacob, ad quietem se composuisset; vix primus sopor oculos clausit, objicitur dormienti scala, in qua Fratres sui futuri ordinis, albis induiti vestibus, ad cœlum felicissimè ascenderunt. Ex qua visione ubi DEI voluntatem intellexit, hujus territorij possessorem Comitem de Maldolo, qui eandem visionem quiescens habuit, convenit, facileque eas sylvas & campos, cum adsita arce obtinuit. Hic deinde S. Romualdus, nigrum habitum (quō, tanquam S. Benedicti Monachus, annis 85. utebatur) in album transmutavit, & Eremum celeberrimam, Camaldolensium dictam, fundavit.

Hoc in ordine omni tempore, virtute & sanctitate viri eximij reperiebantur, inter quos etiam fuerat Beatus Michaël, Rofarij Christi Domini nostri Inventor.

Hic Florentiæ an: 1440. in lucem editus est; & quia Juvenis erat, de quo magna quæque sperari poterant, Laurentius de Medices, eum aulæ suæ adlegit; ille autem majori longè Domino servire volens, Clericalem habitum assumpsit, & cum eo

eo divitem Ecclesiasticam præbendam, cuius redditus in pia, & Christiana opera liberalissimè impendit, dum interim ille jejunando, sacras paginas evolvendo, orando, & similibus operibus saluberrimè tempus insumpsit. Contigit autem, ut quādam die Camaldolum ad Eremum veniens, Religiosorum fratrum exemplō commotus, tam vehementer in solitariam vitam inamoraretur, ut, postquam in tam rigoroso ordine DEO servire decrevisset, constantissimè admissionem sui expetierit; & impetravit etiam post factam rerum suarum dispositionem. Quo in ordine vix sacrī vestibus indutus, m. rabili, & summā omnium coabitantium ædificatione, in dies de virtute in virtutem, summos progressus fecit. Unde B. hic vir pro maiori Spiritūs recollectione, à suis Superioribus impetravit, ut certo tempore in cella se claudere liceret, cùm aliundē in hoc ordine usus obtinuerit, ut majoris Spiritualis quietis cupidi, magni jejunij, vel quocunque alio tempore, quidam se se ab aliorum consortio segregent, & quandoq; totâ vitâ seclusi maneant: quo tempore suas functiones in cella eadem hora, quā alij

Regi Nyomtatványok, Martin  
(304. 15.)

alij congregati simul in choro, summo fere vore solō Deō arbitrō, peragunt. Hanc solitudinis dulcedinem (in solitudine enim DEUS suis loquitur ad cor) cùm B. Michaēl gustāset, rogavit, & ob specimnia virtutis data impetravit, ut residuum vitæ tempus in hoc sancto, & voluntario carcere consumeret. Dehinc antiquum hominem ponens, ciliciō, flagellō, & continuo jejunio corpus suum in servitutem redigere laborabat: illis diebus, quibus dari solet, modicō utebatur juscūlō, vinō autem nunquam, nisi die Dominicā parcissimè: Igni appropinquabat nunquam, ut somnolentiam evitaret, quæ inde oriri solet. Silentium observabat semper; qui taliter inclusis, cum nullo loqui, sine expressa Superioris licentia, est concessum, neque ijs diebus, quibus reliqui ad colloquium spirituale convenire solent. Campanæ signum, quo omnes ad orandum convocantur, semper prævenit, & se ad eas preces in sua cella peragendas, seriō præparavit. Finitō matutinō, totum tempus rerum divinarum contemplationi impendit, ut sæpè candidissimus facie, tanquam Cherubim appareat:

ret: & inde, licet non adeò eruditus fuerit, mirabiles tamen sacrarum literarum explanationes habuit. Sacrificium Missæ summa devotione peregit, & sacros psalmos attentissimè recitat; obligantur enim inclusi Camaldoenses, totum psalterium quotidiè absolvere. Mensā parcissimā absolutā, rosaria ex ligno efformare, corbiculos concinnare, hortu'um suum excollere, & similes manuales labores peragere solebat, in omnibus animum ad DEUM elevando. Reliquum lectioni, ac scriptiori rerum spiritualium impendit. Præcītum fuisse Prophetiæ donō, testantur Cardinales Julius de Medices, & Alexander Farnesiū, quibus Pontificatus dignitatem prædictit, uti & ille Clemens VII. hic verò Paulus III. audijt. Clarus quoque erat miraculis patrandis, uti expertus est quidam pauper in suo bove, qui crepuerat, & B. Samuel in suo ad Altare Ministro, qui gravi capitis dolore angebatur; nam bovem vitæ, famulum sanitati suis precibus restituit: uti & multi alij illius Patrocinio, magnas gratias apud DEUM obtinuerunt. Matrem DEI speciali veneratione colebat; in cuius honorem sæpe Rosari-

Regi nyomtatványok, Martin  
(304.16.1)

um recitavit. Dum quadam die anni 15. inclusionis suæ, ferventissimè orabat, vocem intùs sibi dicente audivit: Michèl mei non memineris? quâ auditâ, secum conclusit, se velle deinceps JESUM Christum Dominum nostrum, recitatione 33. *Pater noster* in memoriam annorum, quibus amore nostri nobiscum in terra versatus est, cum additione 5. *Ave Maria* in memoriam Mysteriorum B. Virginis recitare. Et hunc orandi modum, Rosarium Christi Domini appellavit, quod Leo X. illo tempore Pontifex approbavit, & multis Indulgentijs condecoravit: & ideo à Christifidelibus, in hodiernum usq; dié summa devotione recitatur. Tandem, postquam Vir beatus 21. annis in cella clausus, visibilium, ac invisibilium machinationes hostium feliciter superavit, tempus ejus liberationis ex duplice carcere advenit, & benedicta illius anima, meritis ditissima, 20. Januarij 1522. in paradysum cœlestis libertatis transmigravit.

Cujus manus cùm B. Justinianus de Bergamo, Eremi Incola venerabundè osculatus fuisset, à diuturnodentium dolore

li-

Regi nyomtatványok, Martin  
(304.15.1.)

liberat⁹ est. Et hoc ad Christi Domini nostri honorem, qvi mirabilis est in Sanctis suis.

### Clemens X.

Summus Pontifex, ad perpetuam rei memoriam.

**C**um ex divina ordinatione, Salus Christi fidelium nobis sit commissa, non omittemus, famulis, & famulabus Christi, in Spiritualibus donis providere, ut illorum devotio, & piæ actiones, ad DEI gloriam magis & magis crescant.

Postquam ergò ad nos pervenit, nostros dilectos Filios Comaldolenis Ordinis, Monachos S. Benedicti, Rosarium Christi Salvatoris nostri inter Fideles dispergiri solere, laudabilem hunc morem hisce confirmavimus; & Rosarium Indulgentijs, aliisque sequentibus gratijs, pro fidelium solatio, & animarum salute roborare, necesse duximus. Qvicunque verè contritus &c. Datum Romæ sub annulo Piscatoris, apud S. Mariam Majorem 20. Julij, Anno 1674. Pontif: nostri V.

J. G. Glusius.

A s I. Qui-

1. Qvicunqve verè contritus, & confessus, aut certè contritus cum proposito confitendi, dictam corollam à quodam Patre Camaldolensium immediate, vel mediatae acceperit, & Rosarium nominatum in ea recitaverit, toties 200. annorum Indulgentias obtinebit.

2. Qvicunqve talem corollam apud se gestayerit, & die lunæ Mercurij, ac veneris recitaverit, & quodam Fësto de Præcepto confessus fuerit, & communicaverit, lucratur Indulg: an: 150.

3. Quicunque jam assvetus, quater in septimana hoc Rosarium recitaverit, diem sibi unum in anno eligere poterit, & illò confiteri, & communicare, & lucrabitur Indulg. Plen:

4. Qvicunqve omnibus diebus per mensem integrum, hoc Rosarium recitaverit, ubi confessus fuerit, & communicaverit, divinamq; Majestatem pro Ecclesia universalis, pace inter Principes Christianos, & Hæresum extirpatione oraverit; quotiescunque hoc peregerit, Indulgentias Plenarias, & remissionem omnium peccatorum obtinebit.

5. Qvicunqve hoc Rosarium ter in sep-

Regi nyomtatványok, Martin  
(304.15.1)

timana recitare assvetit, & fors in bello contra infideles, Hæreticos, & Sanctæ Ecclesiæ inimicos existat, si illà die, aut prius recitaverit, & in pugna, DEUM peccatorum veniam cum emendationis proposito rogaverit, in tali confictu occumbens, Indulgentias Plenarias lucratur.

6. Quicunque infirmus talem corollam à quodam Camaldolensium sibi datam, apud se gestaverit, & si hoc Rosarium eà intonatione oraverit, ut contritionem eliceret; & si in fine vitæ confessus fuerit, ore, si potest, aut corde sanctissimum JESU nomen invocet; lucrabitur Indulgentias Plen. si è vivis cedat; si verò ex morbo evadat, Indulg. 200. an.

7. Quicunque hoc Rosarium apud se habens, Nomen JESU invocans, suam conscientiam examinaverit, & ter Pater. & Ave, pro felici Ecclesiæ statu recitat, lucratur 20. dierum Indulgentias.

8. Qui contritus, & confessus, DEUM rogaverit pro incremento fidei Catholicæ, pro extirpatione hæresum, & exaltatione S. Matris Ecclesiæ, lucratur 20. ann: Indulgentias.

9. Qvicunqve opus, quod huic Reli-

gio-

gioso statui proprium est, peregerit, participes erit omnium bonorum operum dicti Ordinis, modo intentio ad hoc ipsum dirigatur.

10. Qvicunq; tale Rosarium habuerit, & si die Feito à sacro audiendo impediatur, oraverit quinque Pater, & Ave, & hunc defectum emendabit, & satisfaciet.

11. Et si quis sacrum audiens, dictas. Pater & Ave recitaverit, pro distractionibus, & defectibus itabi commissis satisfaciet, si non de industria eos defectus admisit.

12. Qvicunq; hoc Rosarium apud se habens, Sacro, vel concioni interfuerit, sanctissimum Venerabile comitatus fuerit; vel proximum ad meliorem vitam ab heresi vel blasphemandi consuetudine reduxerit, vel inter dissidentes pacem concilia verit; vel qvocunq; Spirituale, aut temporale opus, ad honorem Domini nostri J E S U Christi, vel gloriosissimæ Virginis Mariæ, aut sancti cujuscunq; vel pro salute proximi, ter Pater, & Ave oraverit, 20. ann: Indulgentias lucratur.

13. Qvicunq; hoc Rosarium habens, Romæ non existens, ijs diebus, qvibus Romæ Indulgentiæ sunt, aliquam Ecclesi-

Regi Nyomtatványok, Martin  
(304. 52.)

siam visitaverit, vel impeditus, illud cum 7. Psalmis Pœnitentialibus, Litanij, & alijs precibus recitaverit, 200. ann: Indulgentias lucratur. Sicut & Romæ existentes, sed legitimè impediti, eodem modo lucrari possunt.

Tandem sua Sanctitas vult, dictas Indulgentias, animabus in purgatorio applicari posse per modum suffragij, modo id fiat cum debita intentione.

Item significat dictas corollas vendi, aut concedi non posse; secùs cessabunt Indulgentiæ. Et propter concessionem, aut venditionem, videatur Decretum Alexandri VII. P. M. Sub dato 6. Febr. 1657. in quo desiderat, ut literis à Notario publico subscriptis, & Sigillo cuiusdam in Ecclesiastica dignitate Constituti, eadem fides, ac ipsi Originali, habeatur.

Datum Romæ apud Mariam Majorem, 20. Julij. 1674. Pontif. nostri V.

## Leo X. Pontifex Maximus.

**P**Ostqvam intellexit à Personis fide dignis, qvendam Religiosum Camal-

do-

dolensem, qvi ultra 15. annos inclusus p̄fissimē vixit, ex divino īinstinctu, sicut in honorem ætatis B. Virginis Rosarium oratur, ita in honorem annorum Christi, Rosarium, quod 30. *Pater noster*, & 5 Salutationibus Angelicis constat, invenisse, confirmavit sua Sanctitas hoc Rosarium, & concedit toties, 10. annorum Indulgentias, qvoties recitatur: illi autem, qvi prædictum Rosarium totō anno recitat, supra dictum numerum, donat Indulgentias mille an: qvi verò toto vitæ decurso hanc devotionem p̄eragit, illi omnes has Indulgentias duplicat, & ex hac vita migrant, Apostolicam benedictionem impertitur. Datum Florentiæ 18. Febr: 1516. Pontificatus sui 3.

### Gregorius XIII. Romanus Pontifex.

**C**onfirmavit supra positas Indulgentias, & illis addidit, quòd ille, qvi integro anno (si non fuerit legitimè impeditus) dictum Rosariū recitaverit, Paschali tempore vere contritus coahitetur, Indulgentias Plenarias lucrari possit: Simili-

Regi Nyomatvejyok, Martin  
(304.16.1)

liter & illis, qvi usqve ad vitæ finem recitabunt, si sua peccata confiteantur, vel doloris signum edant, in agone plen. Indulg: concedit. Hujus etiam (sicut Leonis Pontifi:) voluntas est, ut literis à Notario Publico subscriptis, & sigillō cujusdam in Ecclesiastica dignitate constituti eadem fides, ac ipsi Originali habeatur: & possint Concionatores suis Auditoribus publicè proponere &c. Datum Romæ 14. Febr. 1573. Pontificatus sui tertio.

### Sixtus V.

#### Romanus Pontifex.

**1.** Concedit illi, qvi confessus, vel certè contritus, prædictum Rosarium orat, toties Indulgentias 200. annorum.

**2.** Item qvi illud diebus Lunæ, Mercurij, & Veneris, & etiam Festis ab Ecclesia præceptis orat, si confessus communica- verit, 50. Annorum Indulgentias obtinet.

**3.** Qvi illud qvater in septimana recitat, poterit sibi unam in anno diem elige- re, qvā confiteatur, & communicet, &

luz.

lucrabitur Indulgentias Plenarias, ac remissionem omnium Peccatorum.

4. Qui illud ad minimum ter in septima recitat, si in bello sit contra Ecclesiae Romanae inimicos pugnans, & die pugnae, vel pridie recitet, si in illa contritus moriatur, plen: Indulg: obtinet.

5. Si infirmus, qui illud pro priori diligenter oravit, verè contritus, SS. JESU nomen ore, vel corde invocaverit, Indulgentias plen: lucratur, si è vita cedat; si vero evadat, 20. an: Indulg:

6. Qui hoc Rosarium habens, SS: JESU nomen invocat, & post conscientiam discussionem ter Pater, & Ave pro felici Ecclesiæ statu recitat, lucratur 20. ann: Indulgentias.

7. Item totidem annorum, qui confessus fuerit, & DEUM pro Ecclesiæ exaltatione, & hæresum extirpatione rogaverit.

8. Qui pium opus, quod in aliquo Religioso statu peragis solet, fecerit, particeps erit meritorum talis ordinis, modo cum hac intentione faciat.

9. Qui hoc Rosarium habens, die Festo à sacro audiendo impeditur, si s' Pater & Ave recitaverit, supplebit hunc deficitum, uti & pro

pro distractionibus tempore rei divinæ habitis satisfacit, modo ex deliberato non fuerint.

10. Qui prædictum Rosarium habens, sacro, Concionis, &c. interfuerit, Venerabile sacramentū comitatus fuerit; alios ab hæresi, vel mala consuetudine abstraxerit; inter inimicos pacem conciliaverit, vel aliud bonum opus ad Christi, B. Virginis, vel cuiuscunq; sancti honorem ob res temporales, vel Spirituales peregerit, si simul tria Pater, & Ave recitaverit, 10. annorum Indulgentias obtinebit.

11. Qui absens illis diebus, quibus Romæ Indulgentiæ sunt, confessus fuerit, & comunicaverit, tale Rosariū apud se habens, qvamcunq; Ecclesiam inviserit, Rosarium hoc cum 7. Psalmis Pœnitent. Lytanijs, & annexis precibus recitaverit, lucratur 200. an: Indulg. Idem etiam Romam incolentes (si tempora visitare non possunt) praetare poterunt eodem modo.

12. Prædictæ Indulgentiæ, animabus quoque Purgatoriij applicari possunt.

13. Dicitæ corollæ nec vendi, nec concedi  
B

Regi mentata missa Martini

(304)

.

.

.

.

.

.

.

.

.

cedi possunt; Secūs cessabunt Indulgentiæ.

### Modus

Orandi Rosarium Christi Domini (quod Rosarium ex 33. Pater noster, & 5. Salutationibus Angelicis consistit) cum Mysterijs vitæ Christi Domini.

Hæc Mysteria sicut Synopsin totius vitæ Christi continent, ita possunt ordine considerari, & Rosarium penes orari. Primi legitur Mysterium, deinde recitatur *Pater noster* in Mysterij honorem pro ijs gratijs, quas ex meritis illius Mysterij DEUS elargiri solet.

### Ad Primam Salutationem Angelicam.

Considera, quomodò Beatissima Virgo ab æterno in Matrem DEI sit electa. Deinde Salutationem Angelicam recita.

### Ante Primam Orationem Dominicam.

Considera, quomodò DEI Filius de cœlo ascen-

Regi nyomtatásbanjok, Martin  
(304-1911)

descendens, in utero Beatissimæ Virginis carnem assumperit, & Joanni neicum nato benedixerit.

*Pater noster.*

### Ante Secundam.

Considera, quomodò de media nocte, hymnis tempore, in stabulo ex Virgine natus, pannis involutus in prælepio reclinatus fuerit.

*Pater noster.*

### Ante Tertiam.

Quomodò summô jubilô, vigilantibus Pastoribus revelatus, ab ijsdem mox quæsusitus, & repertus, laudatus, & honoratus fuerit.

*Pater noster.*

### Ante Quartam.

Quomodò octavo post Nativitatem die, in præsentia condolentis, & dilectissimæ Matri, lapideô cultrò circumcisus, JESUS nominatus sit, dum in hoc altari æterno Patri Sacrificium carnis Sangvinis, & lacrymarum, in pignus illius, quod

B 2

in

( 20 )

in Cruce suo tempore peragendum, obtulerit.

Pater noster.

Ante Quintam.

Quomodo à SS. tribus Magis, per stellam revelatus, ab ijsdem auro, thure, & myrrâ honoratus fuerit.

Pater noster.

Ante Sextam.

Quomodo post 40. dies in Templo Jerosolymæ, ut servus offertoriò paris turtrum, vel communium columbarum præsentatus, & pretiò 5. Siclorum fuerit redemptus.

Pater noster.

Ante Septimam.

Quomodo ab Herode quæsusus, monitore Angelo mediâ nocte, in Ægyptum transportatus fuerit.

Pater noster.

Ante Octavam.

Quomodo post mortem Herodis, eodem Angelo nuntiante, in patriam reversus, in Nazareth habitaverit; unde & Nazarenus vocatus fuerit.

Ave

Regi Nyomatavanyok, Martin  
(304 151)

( 21 )

Ante Nonam.

Quomodo duodecimo ætatis, anno cum suis SS. Parentibus Jerosolymam ascenderit, & in redditu à Matre perditus, cùm lacrymis quæsusus, & post triduum in Templo inter Doctores disputans repertus fuerit.

Pater noster.

Ante Decimam.

Quomodo dilectissimæ suæ Matri responderit, quando illa conquesta dixit: Fili, cur nobi sic fecisti? cur Parens tuus, & ego cum dolore quarebamus te: Quid est, quod me quæsiveritis; nesciebatis, quia in his oportet me esse, quæ Patris sunt.

Pater noster.

Ante Secundam Salutationem

Angelicam.

Considera, quô fervore B. Virgo suo dilectissimo Filio inservivent.

Ave Maria.

Ante Primam Orationem Dominicam.

Considera, quomodo Caritus Domi-

B 3 nus

( 22 )

nus trigesimo ætatis anno, in Jordane à Joanne baptizatus fuerit, & dum post Baptismum oraret, apertō cœlō spiritus Sanctus in forma columbæ supra illum descendenterit, & vox cœlestis Patris sit audita: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.*

Pater noster.

Ad Secundam.

Quomodò à Spiritu in solitudinem ductus, 40. diebus, & noctibus jejunaverit, à Dæmone ter tentatus, omnes tentationes superaverit.

Pater noster.

Ad Tertiam.

Quomodò à Joanne, Salvator mundi proclamatus sit: Ecce Agnus DEI, qui tollit peccata mundi, & quomodo Apostolos à vili statu, ad Apostolatum elevaverit.

Pater noster.

Ad Quartam.

Quomodò tribus annis, Evangelium suum prædicaverit, & hominibus omnis perfectionis exemplo præluxerit.

Pater noster.

Regi Symentativiok. Martini  
(304 551)

( 23 )

Ad Quintam.

Quomodò miraculis doctrinam suam confiruaverit, dum, Mortuos excitavit, Cæcos, & infirmos sanavit, & alia miranda opera peregit.

Pater noster.

Ad Sextam.

Quomodò familiari colloquio Magdalénam, & Samaritanam, cum alijs Pecatoribus converterit.

Pater noster.

Ad Septimam.

Quomodò in Monte Tabor orans, in præsentia Moysis, Eliæ, Petri, Jacobi, & Joannis, transfiguratus sit, & hæc vox è cœlo audita: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui, ipsum audite.*

Pater noster.

Ante Octavam.

Quomodò 5. diebus ante Passionem Iuam, asinæ insidens, applaudente populo, Jerosolymam intraverit, & Videns civitatem flevit super illam, dicens: *si cognouiseſt & in.*

Pater noster.

B 4

An-

Ad

12

24

*Ante Nonam.*

Quomodo Templum intrans, illud purificaverit, dum vendentes, & ementes ex eo ejecit dicens: *Domus mea domus orationis est, vos autem fecistis eam Speluncam Latronum.*

*Pater noster.*

*Ante Decimam.*

Quomodo in cœna ultima, Agnum Paschalem sumpserit; & postquam suis Apostoliis pedes lavit, Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, in Passionis suæ memoriam instituit, Apostolis præbuerit, eos in Sacerdotes promoverit, & ad humilitatem, charitatem, patientiam, & alias virtutes adhortatus fuerit, & pro illic, ac pro nobis oraverit, ut in amore inter nos, & cum DEO unum simus.

*Pater noster.*

*Ante Tertiam Salutationem Angelicam.*

Considera magnitudinem doloris, quem Beatissima Virgo sensit, dum ei

Chri-

Regi Nyontatkejyok, Martin  
(304) (51)

25

Christus ad mortem iturus, valediceret.

*Ave Maria.*

*Ante primam Orationem Dominicam.*

Considera, quomodo Christus ad suos Discipulos in horto dixerit: *Tristis est anima mea usque ad mortem.* Quomodo illos ad constantiam, vigilandum, & orandum adhortatus sit, & ter summâ intensione Patrem rogaverit. Quomodo, conformato Angelo, Sangvine sudaverit.

*Pater noster.*

*Ante Secundam.*

Quemodo à Juda osculô proditus, à militibus captus, & à Discipulis derelictus sit.

*Pater noster.*

*Ante Tertiam.*

Quomodo ad Annam ductus, ibidem pro reo habitus, colaphô percussus; inde ad Caipham raptatus, obvelatis oculis, tunsonibus, & verberibus male habitus, & à Petro ter negatus fuerit.

*Pater noster.*

B 5

An-

*Ante Quartam.*

Quomodo ad Pilatum ductus, quod leditor populi censum dare Cæsari, prohibuerit, & se Regem proclamaverit, ibi⁹; accusatus tacuerit, & interrogatus, num verè Rex foret, responderit: *Regnum meum non est de hoc mundo.*

*Pater noster.*

*Ante Quintam.*

Quomodo à Pilato, ad Herodem missus, ab hoc, & militum cohorte illusus, alba veste, tanquam stultus induitus, sit remissus.

*Pater noster.*

*Ante Sextam.*

Quomodo Barrabæ postpositus, columnæ alligatus, jussu Pilati crudelissime sit flagellatus.

*Pater noster.*

*Ante Septimam.*

Quomodo à militibus purpurâ induitus, Spinis coronatus, arundinem in manibus gerens, adoratus, colaphis, & verbribus cæsus, in ignominiosa veste, populo sit præsentatus.

*Pater noster.*

An-

*Ante Octavam.*

Quomodo ad mortem ductus, Crucem ad Calvariæ montem bajulaverit, vino ex myrra, & selle mixto potatus, vestibus tam crudeliter detractis, ut omnia vulnera renovata sint.

*Pater noster.*

*Ante Nonam.*

Quomodo distractus, & extenuatus crucifixus, in medio duorum latronum positus, acetô potatus, & sine ulla refecillatione, cum sensu insensitivarum creaturarum mortuus sit; & quomodo latus ejus lanceâ, ex quo sanguis, & aqua manavit, sit apertum.

*Pater noster.*

*Ante Decimam.*

Quomodo de Cruce depositus, in brachijs suæ dolorosissimæ Matris reclinatus, myrrâ, & aloë inunctus, in Syndone involutus, in lapideum sepulchrum positus, & à militibus custoditus sit.

*Pater noster.*

*Ante Quartam Salutationem**Angelicam.*

Considera dolorem, & lacrymas, quas

be...

REGI GÖTTSCHE LOWE LIBRARY - MARTIN

Beatissima Virgo profudit, ob mortem  
dilectissimi sui Filij.

*Ave Maria.*

### Ante tertiam Orationem Do- minicam.

*Ante Primam.*

Considera, quomodo Christus, post-  
quam animas è limbo liberavit, tertia die  
gloriosè resurrexerit, & per varias appa-  
ritiones, Discipulos suos in fide confir-  
mans, consolatus fuerit.

*Pater noster.*

*Ante Secundam.*

Quomodo quadragesimà post Resur-  
rectionem die, postquam suis discipulis  
benedixerit, & vestigia Sanctorum suorum  
pedum, in monte Oliveto reliquerit,  
triumphans in cœlos ascenderit.

*Pater noster.*

*Ante Tertiam.*

Quomodo in Festo Pentecostes, Spi-  
ritum Sanctum in specie ignitarum lin-  
gvarum, super Apostolos miserit, dum  
simil inclusi in oratione perseverarent.

*Pater noster.*

An-

Regi nyomtatványok, Martin  
(304.15.1)

### Ante quintam Salutationem Angelicam.

Considera magnitudinem gaudiorum,  
quam Beatissima Mater, ex his gloriois  
Mysterijs habuit.

*Ave Maria.*



Dies

45

( 30 )



## Dies Indulgentiarum ROMÆ.

### Indulgentiæ in Januario.

1. 6. 7. 10. 13. 16. 17. 18. 21. 22. 25.  
27. 31.

### In Februario.

1. 2. 3. 5. 9. 22. 24. 26.

### In Martio.

Omnibus diebus Veneris in hoc  
Mense.

7. 12. 20. 25.

### Indulgentiæ in Quadrag:

A Prima die Quadragesimæ, usque ad  
Dominicam in Albis, sunt singulis  
diebus Indulgentiæ.

### In Aprili.

1. 3. 5. 23. 25. 29.

Regi nyomtatványok, Martin  
(304.16.1)

( 31 )

### In Majo.

1. 3. 4. 6. 8. 11. 19. 20. 21.

Sciendum, quod omnibus sequentibus  
diebus, Indulgentiæ sint.

Die Lunæ, Martis, & Mercurij ante  
Ascensionem Domini, in Vigiliâ Pente-  
costes, ipso Festo, & sequentibus octo  
diebus.

### Dominica Sanctissimæ Trinitatis.

### In Junio.

1. Dominica Junij.  
2. 11. 13. 15. 24. 28. 29. 30.

### In Julio.

II. Dominica Julij.  
2. 15. 17. 20. 21. 22. 23. 27. 26. 27.  
29. 30.

### In Augusto.

1. 2. 4. 5. 6. 10. 12. 15. 16. 19. 22. 25.  
28. 29.

### In Septembri.

18. 10. 14. 20. 21. 27. 29. 30.

### In Octobri.

4. 18. 28.

In

In

## In Novembri.

1. 8. 9. 10. 11. 18. 21. 22. 23. 24. 25. 30.

## In Adventu.

I. II. III. &amp; IV. Dominicā Adventū.

## In Decembri.

2. 4. 6. 7. 8. 13. 21. 23. 25. 26. 27. 28.  
29. 31.Ad Devotos erga animas Pur-  
gatorij.

**P**lacuit suæ Sanctitati concedere, ut omnes prædictæ Indulgentiæ, animabus in Purgatorio detentis applicari possint. Et ideo quilibet hunc fructuofum laborem, hoc Rosarium orandi suscipere non gravetur, illud considerans, quod S. Augustinus, in Sermones de Sanctis dicit, quod scilicet humanus intellectus comprehendere non valeat pœnas flaminarum purgantium. Plus de his scribit Cirillus: Quod animæ Purgato-

rij,

Regi nyontatvahyok, Martin  
(304. 1611)

rij, libentiū omnes pœnas à mundi initio, usque ad finem, ab hominibus toleratas, & sufferendas, sustinere vellent, quam unā die in Purgatorio torqueri. Compate te igitur his animabus; nam qui afflito proximo compatitur, malâ morte non morietur, juxta S. Hyeronymum, ad suum Consangvineum. Non potest autem major compassio esse, quam animabus Purgatorij succurrere. Quam gratum hoc DEO sit, testantur gratia, & favores, à DEO, erga has animas devotis, exhibiti. Quod ipsum in tract: de Jubilæo, part: i. cap. 15. Hieronymus Gratianus ostendit, dum dicit: exivisse Vagliadolidi ex quodam cœmeterio, permittente DEO, magnum numerum animarum hominum defunctorum, quæ quendam sibi devotum, ab inimicis suis interficiendum, defendenterunt. P. Alexius Regala, in Libro Triumphorum animarum Purgatorij, cap. 7. narrat, animas has quendam alium sibi devotum, prælucibus facibus, illo non advertente, domum duxisse; & cum domum attigisset, vocem auditam: Vade in pace:

C

nos

nos sumus animæ defunctorum, quæ te comitatæ fuimus, ne ab inimicis tuis interficereris. In Speculo Exemplorum. s. 8. Meminit Henricus Gratianus, Eusebium Duce ex Sardinia, in harum animarum subsidium, medietatem proventuum ditissimæ Civitatis impendisse; quæ cùm ab Ostorigo Duce Siciliæ expugnata fuisset, & hic dum eam cum 6000. milibus intrare vellet, totus Ostorigi exercitus, ab animabus Purgatorij, candidè vestitis, in fugam actus, & rursum Civitas, Eusebio restituta fuerit. Ex his collige, quām misericors DEUS sit erga illos, qui erga has animas sunt misericordes.

Quapropter, ô anima Christiana, juvæas per Eleemosynam, jejunia, Disciplinas, offertoria, communiones, orationes, & alia pia opera, præsertim Indulgentias, quæ huic Rosario sunt annexæ, labora etiam, ut alij idem peragant; Felix enim est, quisquis huic devotioni erga defunctorum animas studet. Felix illa familia, Domus, & Civitas, quæ ijs patientibus succurrere conatur; Spem namque sibi

Regi nyontatvadnyok, Martin  
(304.161)

sibi faciunt, quod harum animarum precibus, à temporalibus, & æternis, corporalibus, & spiritualibus periculis, & miserijs defendentur, in DEI gratia vivent, & morientur; nec sentientes Purgatorij ignem, vitam æternam obtinebunt.

### Omnia ad Majorem DEI Gloriam, & Beatissimæ Virginis Honorem.

